

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Der Geistliche Redner, Oder Gründliche Unterrichtung Vor Angehende Prediger

... In vier Theile abgetheilet, Und Mit nöthigen Registern versehen

Vorstellend Was ein Prediger bey so vielerley theils frölichen und glücklichen, theils traurigen und unglücklichen Fällen von der Cantzel in Predigten, und sonst in kurtzen Sermonen zu reden hat, auch wie er endlich bey anderweitiger Beförderung sein bißheriges Amt niederlegen kann

Haas, Nicolaus

Leipzig, 1693

Exord.

[urn:nbn:de:bsz:31-115592](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-115592)

L. Textus prælegit dictum Exod. XX.

An welchem Ort ich meines Nahmens
Gedächtniß gestiftet re.

Exord.

Convenimus charissimi! ad *consecra-*
tionem Cœmeterii novi, h. e. cum seria &
ardenti invocatione Nominis divini &
nomen & usum loci hujus quo consisti-
mus, *quod felix & faustum sit!* mutaturi
& ex profano ac politico in sacrum &
DEO dicatum usum translaturi. I. *De*
Nomine. Non pristini ullius possessoris
aut cujusvis hominis, quocumque sane
titulo ad illum pertinuerit, posthâc no-
men aut appellationem obtinebit. Ne-
que etiam in sancti alicujus nomen aut
honorem initiabitur, sicut in Papatu fu-
it usitatissimum, sed denominatio fiet à
potiori: non aliter igitur sacer hic locus,
quam *AGER DEI* posthâc appellabi-
tur. II. *De Usu*. Usus loci hujus non
erit amplius, sicut hætenus fuit, profa-
nus, rei nimirum familiari & privatæ
serviens; sed ab omnibus ejusmodi u-
sibus & actionibus exemptus. publicus,
immunis, sacer & DEO dicatus. Sicut
& in Romanis Legibus habetur:

ubi

Ubi corpus demortui hominis condas, locus sacer esto &c. Non igitur arationi, fationi, passioni aut aliis id genus rebus inserviet hîc ager in posterum; sed *DEI ager & seminarium* erit, quod piorum exuviis & corporibus confitum, plantulas suppedabit DEO, quo ornaturus est olim in fine dierum hortum & paradysum suum cœlestem. *Quomodo instituenda sit nostra consecratio?* Verbum *DEI* hisce docet *Regulis*: Joh. XV. Sine me nihil potestis facere. Coloss. III, 17. Omne quodcunque facitis &c. I. Tim. IV, 4. 5. Omnis creatura *DEI* bona est &c. Act. X, 15. *Quæ DEUS* purificavit &c. Ad istas regulas minime fallibiles nostram sacram consecrationis actionem dirigentes, initium fecimus piis cantionibus & precibus: restat igitur ut cum invocat. auxilii divini subsequamur pia enarratione & explicatione doctrinæ cœlestis &c.

Propos.

De consecratione novi Cœmeterii,

ubi

I.) *Cause redditio instituti hujus pii operis.*

a) *Cur*